

## Aduertencias para

nem Pij Pape. 2. sui predecessoris, quæ incipit: Cum ex sacrorum ordinum, & ad dispositionem decretorum sacri Concilii Tridentini restrinxerit, & reduxerit: nec non censuras, & pœnas in eisdem Sixti literis contra quoscūq; Addit tamen verba sequentia. Præterquam contra Simoniacê ordinantes, & ordinatos inflictas. Has enim voluit in suo robore permanere.

- 43 ¶ Verum hæc sententia rigurosa satis videt̃ & præcipuè in his Indiarum partibus, vbi difficilis admodum est accessus ad Nuntium Apostolicum, & impossibilis [moraliter loquendo] ad Sedem Apostolicam. Pro quo in memoriã reuocare oportet ea, quæ Angelus & Silvester dicunt, verbo. Dispensatio. q̃ Episcopus potest dispensare in gradibus prohibitis in Matrimonio, quando impedimentum est occultum, & ad Papã non potest haberi recursus, & separatio sine scãdalo fieri nõ potest: sicut sepe cõtingit in mulieribus cognitis à consanguineis virorum suorum ante quã Matrimonium contraherent. Quia non est verissimile, q̃ Papa vellit in laqueis huiusmodi animas remanere, quæ Romã adire nõ possunt, neq; mittere. Quæ verba notãda sunt